



C. Aurel. Vale. DIOCLETIANVS, Dalmata ex oppido Dioclea obscuris natus parentibus, à pueritia militare coepit, de hinc successu dignitatum ab exercitu imperator creatus, imperio Ro. primus regie consuetudinis formã magis quàm Romanæ libertatis inuexit, seq; primum adorari & pedes exosculari iussit, quibus etiam uenerationẽ adhibuit exornans calciamenta auro, gemmis & margaritis. Et cùm uideret consorte imperij opus esse Maximianũ Cesarẽ & Augustum, mox Constantium & Galerium Maxi. Cesares fecit, hoc. n. tempore Cerausus in Gallijs, Achilles apud Aegyptium, Narsesus in oriente, Imperatores dicti. At oēs diuerso periere exitu. Præterea tanta in gubernanda rep. concordia præcipum fuit, ut alter alteri nunquam repugnauerit. Diocletianusq; se Iouium, Maximianus Herculum se appellari passi sunt, & post magnificum triumphum Diocle. sapientissime considerans, difficile esse imperare, apud Nycomediam impij fasces deposuit, accẽq; annis priuatus uixit. cùm imperasset annis xx. ætatis lxxxvij. ueneno hausto per formidinem obiit.